titudinem speret. Dedimus tamen auribus aliquid, & de re nihil, de vocum geminatione nonnihil remisimus. Exemplo res declaranda est, demonstravimus prop. 14. omne turpe periculosum esse (*seu, ut ait Petronius: intuta quæ indecora*) *hunc in modum*:

Omne turpe honorem *minuit.*
Honor *est* opinio potentiæ
Qui minorem potentiæ opinionem habet, *habet,*
~~*Lædi facilior*~~ *habetur.*
Quod facilius habetur, id minus molestum factu habetur.
Ergo libentius fit.
Esse verò, qui libenter nos lædat, periculosum est:

Si majoris novitatis specie & chartâ & patientiâ lectoris abuti maluissemus, sic staret demonstratio:

Omne turpe honorem minuit
Quod honorem minuit, opinionem potentiæ minuit.

Quic-